



CVRARVM POSTERIORVM

CAPVT I.

*Latinitate Saeculo Aureo  
restituta.*

**Q**Vos limites habeat Au-  
reum Latinitatis Saecu-  
lum, & quos tulerit egre-  
gios scriptores, supra di-  
ximus. Nemo de illius ætatis  
sermone dubitat: at Lexicorum  
sterilitate factum est, vt quædam  
Vocabula & loquendi genera,  
quod minus innotuerint, a litte-  
rarum censoribus eiicerentur ci-  
uitate, quæ nuper singulatim va-  
riorum studio requisita, nunc, ad-  
ditis aliis, vniuersa suo loco atque  
ordini restituemus.

C 3

AB.